

et amorem spiritus christi: Ideo fuit dictum augustino: **Et**  
ego mutabor in te. sed tu mutaberis in me/ idest in mei simili  
tudinem: scilz bonitate sanctitate. et cetera sicut ignis carbo  
nem in sui similitudinem conuertit.

Qualiter debet sacerdos se post hec dispo  
nere et pparare: et in pparando se habere.

Quarto et ultimo pba teipsum. ppter quid vel ob quam  
causa accedis. et hic dirige aciem mentis tue ad duo pri  
cipaliter. scilz ad purum affectum/et desiderium scdm. Secundo  
ad debitam intentionem et ppositum necessarium. Primo  
vide quid desideres: et caue ne forte ppter auariciam aut ti  
morem aut vanam gliam aut consuetudinem vel alicuius  
mundane complacentie aut temporalis fauoris causam ac  
cedas. sicut multi diebus istis accipiunt ad suam perditionem  
quod datur ad salutem. *Contra multos  
factores.* Ne ue domine deus quanti hodie in  
felices ad sacros ordines et diuina misteria accedunt. non ce  
lestem panem sed terrenum non spiritum sed lucrum querent  
tes non dei honorem sed suam ambitionem/ non animarum  
salutem: sed questum pecuniarum/ non christo seruire mundo  
corde et corpore in suis misteris: sed delitari ditari superbire  
luxuriari de patrimonio christi et elemosinis populi ac eccle  
siasticas dignitates ambiendo multis litigiis et simoniis po  
tius rapiunt q̄ assequantur/ non vocati a deo: sed impulsu a  
diabolo. Tu autem homo dei dirige vota tua et desideria ad  
deum. et vide quibus affectionibus et desideriis trahi debe  
as ad sacra misteria celebranda. Primo trahat te conscien  
tia et remorsus delictorum sperantes per sacramentum quasi p ho  
stiam placationis ab omni peccato purgari. Secundo tue in  
firmitatis virtus atqz salus. ut eum quasi medicum ad te vo  
ces per quam ab omni infirmitate cureris. Tertio pressura ali  
cuius tribulationis. ut p eum qui oia potest ab omni aduer  
sitate citius libereris. Quarto desiderium alicuius gr̄e spiritu  
alis beneficii impetrandi. ut per eum cui pater nichil negare po  
test obtineas. Quinto gratiarum actio q̄ oibus beneficiis spiri  
tualibus et tpalibus tibi et aliis impensis: cum nichil habea  
mus deo retribuere p oibus q̄ tribuit nobis/ aliud q̄ calices *Distributo.*